si prior voluerit sedere; illa[a] vero nisi iussa non resideat. Si cognoveritis aliquam ex sororibus contra aliam invidiam aut[b] iram aut modicam[c] tristitiam in corde retinere, statim corripiatur, ut[d] emendetur, et quantos[e] dies hoc facere[f] neglexit, tantos[g] abstineat et, si humiliter se[h] reprehenderit et[i] veniam postulaverit, cum misericordia[k] iudicetur. Cum[l] domna[m] abbatissa aut certe aliqua[n] ex prioribus[o] alicui ex sororibus[p] quodcumque[q] opus facere praecipit, suscipiat[r] cum summa humilitate[s] iubentis imperium. Sit[t] auris prompta[u] ad audiendum, acsi divinitus dicatur, sint pedes directi[v], manus vero[w] expedite ad faciendum[x]. Si[1] aliquid in cellario, in[y] refectorio, in coquina vel in quolibet loco soror neglexerit, perdiderit[z], fregerit, fuderit aut dampnum intulerit, statim recurrat[a] ad veniam postulandam et, si talis est res, quam neglexerit, in[b] manu teneat, in terra[c] prostrata veniam postulando, ostendens[d] quid contigerit. Caveant de[e] saeculari vel[f] superfluo risu, de[g] frequenti colloquutione[h] cum amicis[i] et parentibus et, si necesse non fuerit, non loquatur sola[k] cum viro[l] nisi praesentibus sororibus[m], de quarum fide non dubitatur; et hoc maxime in puellis[n] observetur. Mens enim, que Deo vacare[o] debet, multum impeditur saecularium allocutione. Non vadant intra[p] monasterium ubi[q] voluerint, nisi obe-

---

a) 'illa — contra aliam] iunior non sedeat nisi iussus. Si deprehensus fuerit frater aliquis' B. b) 'aut' deest B. c) 'modicam' deest B. d) 'ut] et' M. e) 'quantos] quot' B. f) 'facere neglexit] confiteri neglexerit' B. g) 'tantos abstineat] tot dies poeniteat' B. h) 'se reprehenderit] responderit' B. i) 'et veniam] poenitentiam' B. k) 'misericordia] venia' B. l) 'Cum] autem' add. B. m) 'domna abbatissa] domnus abbas' B. n) 'aliqua] aliquis' B. o) 'prioribus] senioribus' B. p) 'sororibus] fratribus' B. q) 'quodcumque — praecipit] aliquod opus praeceperit' B. r) 'suscipiat] iunior' add. B. s) 'humilitate] honestate' B. t) 'Sit] et sit' B. u) 'prompta] parata' B. v) 'directi] recti' B. w) 'vero' deest B. x) 'faciendum] opus et humiliato capite dicat: 'Benedicite' add. B. y) 'in refectorio — soror] vel refectorio vel coquina vel quolibet alio loco frater' B. z) 'perdiderit — intulerit' desunt B. a) 'recurrat] sine ulla mora currat' B. b) 'in' deest B. c) 'terram prostratus' B. d) 'ostendens — contigerit] de eo quod egerit' B. e) 'de] a' B. f) 'vel] et' B. g) 'de] et a' B. h) 'colloquutione] locutione' B. i) 'amicis — fuerit] amicis saecularibus; si tamen necesse fuerit, ubi aliter esse non poterit' B. k) 'sola] solo' M; 'quisquam solus' B. l) 'viro] saeculari' B. m) 'sororibus — dubitatur] et audientibus aliis fratribus, de quorum fide certa sit fiducia' B. n) 'puellis] puellas' M; 'iuvenibus' B. o) 'vacare — allocutione] servire cupit saecularium loquutionem et conservationem contemnere et derelinquere debet' B. p) intra] infra' B. q) 'ubi] passim ubicunque' B.

1) Zu 'Si aliquid — confessionem recurrat' vgl. Mem. Bened. p. 68.